



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 7. Ærumnosis Fortunæ Casibus hominu[m] insolentia[m] refrænari, &
excitari indole[m]: & Catharinæ Aragoniæ, de fortuna iudiciu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](#)

174 Cap. VIII. Casuum diuersorum

damnationis , seculi istius prosperitas . Si quidem non iudicat Deus bis in idipsum . Quos ergo , h̄ic , remunerat , alibi punit ; & quos h̄ic punit , ijs alibi præmia largitur . Nemo enim adeò malus est , vt non faciat aliquid subinde boni , ob quod à Deo mercedeū accipit ; nemo adeò bonus , vt non aliquando admittat peccatum veniale saltem . Recepit ergo infeliciter epulo in hac vita ; fortunatè Lazarus in altera , quidquid vterq; boni vnquam gessit : recepit Lazarus in hac ; Epulo in altera , quidquid mali admissit . V-

S. Augu-
stin. in
Psal. 98.
8.

trius fuit optabilior conditio ? Optimè hanc quæstionem decidit D. Augustinus in illa verba . *Deus tu propitius fuisti eis , & ulciscens in omnes adinuentiones eorum , ait enim : Non solum donans peccata , sed etiam vindicans propitius fuisti . Videte , fratres , quid h̄ic commen- dauit , aduertite . Illi Deus irascitur , quem pec- cantē non flagellat . Nam cui verè propitius est , non solum donat peccata , ne noceant ad futurū seculum , sed etiam castigat , ne peccare delectet .*

§. VII.

Ærumnōsis Fortuna Casibus hominum insolentiam refranari , & excitari indolem : & Ca- tharina Aragonie , de Fortuna iudiciū .

Atque inde s̄e exerit quartum malæ For- tunæ

tunæ remedium ; vt sciamus , Deum , instar aurigæ equum exorbitantem scuticæ haben-
nis , in via retinentis , homines in officio con-
tinere , Fortunæ flagellis . Quem alium in
finem Deus minatur prævaricatoribus fa-
mem aliâque mala dicens : *Cauete , ne forte
decipiatur cor vestrum , & recedatis à Domino , Deut. ii.
seruiatisq; diis alienis & adoretis eos ; iratus-* 16.
*que Dominus claudat , cælum , & pluia de-
scendant , nec terra det germen suum , pe-
reatisq; velociter de terra optima , quam Domi-
nus datus est vobis . Testis huius remedij est*
Catharina Aragonia , quæ ab Henrico VIII.
Anglorum rege , vt Annæ Bolenæ pellici lo-
cus daretur , indignissimis modis repudiata ,
insigniter ostendit , *probitatem , industriam ,*
ceterasque bonas artes , neq; dare , neq; eripere
cuiquam fortunam posse . Quippe incredibili 1535.
constantia animi , inconstantiam Fortune ,
casumque acerbissimum tulit . Tantæ pati-
entiæ radix fuit , quod sciret , Deum eiusce-
modi ærumnis , tanquam fræno vti , quo
homines reguntur . Solebat enim sæpiissime
apud suos , dicere , *Fortunam se ; nec asperri-
mam , nec leuissimam , si daretur optio , electu-
ram ; cum utraq; suas tentationes ac pericula
habeat , sed medium potius temperatam . Si ta-*

Nicol.
Sande-
rus l. i. de
Schisma-
te Anglia-
cano. &
Surius
Anno

men

176 Cap. VIII. Casuum aduersorum

men alterutra eligenda esset , malle se tristissimam , quam blandissimam : infelicibus enim rarò deesse consolationem , fortunatis misere semper mentem . Huic heroidi optionem non dedit Deus , sed *Fortunam* dedit planè tristissimam ; vñà tamen & hanc ipsam consolationem impertivit , vt nosset infelicibus non deesse consolationem , illā scilicet , quia nōrunt , à Deo profecta aduersa in magnas utilitates . Itaque oblatam vtramuis fortunam iuxta suscipere discat , qui animo esse tranquillo cupit . Aliud enim est animis tranquillus , aliud tranquilla *Fortuna* . Ille in tuto est ; hæc , cum blanditur , tunc vel maximè metuenda est . Quod vel Demetrius vidit , qui vitam securam , & sine ullis *Fortuna* incursionibus mare mortuum vocat . Nihil habere ; ad quod exciteris , ad quod te concites , cuius denunciatione & incursu firmitatem animi tui tentes : sed in ocio incusso iacere , non est tranquillitas , malacia est . Ferrum diu intactum , rubigine operitur & fœdatur ; si lama , & ignis accedat , ita repurgatum splendet , vt fulgore argentum imitetur . In ferro hominem vides , quem expolit , quod mordet ; purgat , quod vrit ; & plerumque , si illi bene est , ille bonus non est .

Senec.
lib. 1. ep.
67.

§. VIII.